

Joachim Albinus Martin Weber

Nona Disputatio Feudalis De Iudicio Feudali,

Rostochii: Ferberus, 1621

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730895130>

Druck Freier  Zugang



NONA
DISPUTATIO FEUDALIS
De
JUDICIO FEU-
DALI,

Quam

Summo Judiciorum Præsidi & Directore JEHOVA
annuente, Amplissimâ Facultate juridicâ Rosto-
chienst approbante,

Sub tuitione

CLARISSIMI ET CONSULTISSIMI VIRI
DN. JOACHIMI ALBINI
J. U. D.

In celebri Reseto publica ventilationi committit

MARTINUS WEBER Gran-
scâ-Marchicus.

*Habebitur Disputatio horis à Sept. Matutin, in Colleg.
Majori ipsis Calendâ Decemb.*




L. D. 4. 27.

ROSTOCHII

Typis AUGUSTINI FERBERI.

ANNO 1621.

R. U. - jur 1621 Albinus, Joachim
/8





DISPUTATIO FEUDALIS IX.

DE

JUDICIO FEUDALI.

Π Α Ρ Α Σ Κ Ε Ξ Η.

Graviter Ictus Pomponius in l. 2. §. post originem. 13. ff. de orig. jur. inquit: quantum est jus esse in civitate, si non sint qui jura regere possint? Indigetare nimirum hoc ipso tum Judicis praestantiam, tum necessitatem Jcto propositum erat; praestantiam quidem, quia per eos, qui juri dicundo praesunt, effectus rei accipitur, d. §. post originem. vers. quia ut diximus. Necessitatem vero, quia eo non praesente, quilibet in civitate sibi ipsi jus dicere vellet, id quod iniquum l. Julianus ait. 17. ff. de judic. l. un. C. ne quis in suâ causa jud. vel jus dic. & Reip. perquam incommodum, cum magnis tumultibus daret occasionem. l. non est singulis 276. ff. de R. l. Helf. Ulric. Hunn. tr. de jurisd. in proleg. qu. 1. Quocirca cum nuperâ disputatione naturae Actionum cuilibet ex feudali contractu competentium, satis fuerit discussa, necessariò nunc disspiciendum coram quo actiones ista proponenda, quomodo item lites ex iisdem orta terminanda & finienda, id quod praesente disputatione Divino Numine subnixi effectui trademus.

T H E S I S I.



Judicium feudale (a) partim in personis; partim in ordine ac processu consistit; (b) Personarum aliae sunt Principales, aliae minus Principales; (c) Principales rursus vel sunt Judex vel Litigantes. (d)

Z 2

(a) quod

(a) quod hic non sumimus pro actione feudali, nec item pro loco, ubi lites feudales tractantur, sed pro legitimâ disceptatione rei feudalis controversæ sub iudice institutâ, cum Rittershus. lib. 2. part. feud. c. 9. q. 1. (b) Foman. Disp. feud. 10. th. 11. l. A quia alterutrâ parte deficiente, deficit & ipsum iudicium & sententia lata nullius est momenti, l. 4. C. de sentent. & interlocut. omn. jud. Donell. lib. 17. com. jur. civil c. 3. (c) Petr. Gregor. Tholos. lib. 47. Syntag. univers. jur. c. 8. arg. Auth. principales. C. de juram. propter calumn. dando. c. tua. circ. fin. Ext. de procurator. Sunt autem principales personæ, quæ necessario ad causæ tractationem requiruntur; minus principales contra, quæq; principalibus ut appendices accedunt. Tholosan. d. lib. 47. c. 3. n. 3. (d) c. forus. X. de Verb. signific. nemo enim vel in propriâ causâ iudex esse potest, vel cogi quit, ut secum ipso litiget. Rittershus. in expos. Novell. method. part. 8. c. 4. n. 2.

II.

Judex pro diversitate casuum nunc est Dominus feudi (a) nunc Pares Curia, (b) nunc Dominus feudi & Pares curia simul, (c) nunc Ordinarius loci, (d) nunc Arbiter. (e)

(a) quando videlicet inter duos convasallos de feudo est contentio c. unic. §. insuper. 2. vers. præterea. 1. F. 55. Nec refert an Dominus sit secularis, vasallus verò clericus, vel vicissim, Senior intra Ecclesiasticum, Vasallus autem inter secularem ordinem constitutus c. extranmissa. 6. & c. verum. 7. ext. de for. compet. c. cæterum 5. extr. de judic. Sonsbec. de feud. p. 14. n. 20. Duar. de feud. c. 20. n. 2. Sed nec mulierem à tali jurisdictione excludendam putamus, quia jure dat feudum.

c. 411. §.

c. un. §. sed etiam. l. vers. feminam. 2. F. 3. ibi
Frideric. Schenck. Baro n. 1. & sic ordinariam in
Vasallum consequitur jurisdictionem. Scrad. de
feud. part. 10. Sect. 1. n. 5. Georg. Obrecht lib. 4. Feud.
c. 10. n. 127. Diss. novissimè Hunn. de feud. c. ult. p.
405. Nihil etiam interest utrum Dominus su-
periore[m] recognoscat, annon, quia semper
coram Domino immediatè proximo Conva-
salli litigare coguntur Rosenthal. de feud. c. 12.
concl. 31. in marg. l. B. Schneid. de feud. part. 9. c. 1. n. 3.
Vult. de feud. lib. 2. c. 2. n. 11. Unde consequens
controversiam super feudo Regali inter Capi-
taneos Regni, Duces, Marchiones, Comites,
& Barones Imperio Romano immediatè subje-
ctos ortam, solum Imperatorem dirimere &
decidere valere, c. un. 1. F. 18. c. un. 2. F. 34. Gail. l. 1.
obs. 29. n. 1. Zas. de feud. part. 11 n. 6. Sonsbec. d. part. 14.
n. 19. adeò, ut licet cum Imperatore Camera
*Imperialis concurrentem habeat jurisdic-
tionem, Petrus Heig. part. 1. qu. 9. n. 1. Geil. lib. 1. obs. 29.*
& novissimè Daniel Otto, in discurs. de jure publ.
c. 11. p. mibi 243. tamen non possit de ejusmodi
controversiis feudalibus sententiam ferre.
Cammergerichts Ordnung part. 2. tit. 7. §. ob auch
sachen. Borcholt. de feud. c. 10. n. 3. Schrader. d. part.
10. sect. 3. n. 66. Prædicta tamen intelligi tantum
possunt de Domino, qui adhuc in vivis ac præ-
sens est, non verò de eo qui vel abest vel mortu-
us est; Ejus enim loco Vicarius cognoscat, mo-
dò simpliciter & absolute sine ullâ limitatione
ac restrictione sit constitutus, Scrad. p. 10. Sect.
4. n. 50. Gothf. Anton. diss. feud. 14. th. 1. l. B. Sic ho-
die absente Imperatore Romano, Rex Romano-
rum de feudis sententiam ferre potest, cum eo
absente omnia facere possit, quæ ipse præsens
faceret, Georg. Schonb. lib. 5. polit. c. 19. Mortuo
v. juxta

v. juxta dispositionem Aureæ Bullæ Carol. IV.
c. 5. de jur. Com. Palat. Rhen. & Sax. Duc. Comes
Palatinus Rheni in partibus Rheni, Sueviæ &
Franconiæ; Dux Saxonix in partibus, ubi Sa-
xonica jura observantur, de feudis cognoscere
possunt, exceptis feudis principum & illis
quæ *Sahn Ehen* dicuntur, sub quibus continē-
tur etiā feuda Comitum & Baronum immedia-
tè Imperio subjectorum, *Buxtorff. dissert. ad A. B.*
c. 5. th. 68. lit. D. Regner. Sixtin. tr. de Regal. lib. 1. c. 3.
n. 15. Diss. illi qui mortuo Imperatore Papam
Feudorum Romani Imperij judicem constitu-
unt, quos magno numero allegat *Johan. Schoner.*
disp. feud. lib. 2. disp. 2. th. 22. l. A. Similiter si Do-
minus feudi sit infans, pupillus, mente captus
& furiosus, non ipse sed nomine ejus tutor vel
curator litem dirimet, *Schrad. part. 10. sect. 4. n. 54.*
Aliud statuendum de Domino minore 25. an-
nis; is enim si 18. annum attigit, controversias
feudales ad suam jurisdictionem pertinentes
absq; curatore per sententiam finire poterit,
arg. l. quidam consulebat. 57. ibiq; Duaren. ff. de re
judic. Hunn. tr. feud. c. ult. p. 405. vers. excipitur.
Goth. Anton. disp. feud. 14. th. 1. l. B. qui pro hac sen-
tentiā etiā adducit exemplum Electorum, qui si
18. annum impleverint, possunt juxta ordina-
tionem Aureæ Bullæ Carol. IV. administratio-
nem sui Electoratus capessere. Quid verò si
plures sint feudi Domini? Et omnes judicare
debere verius est, quia Dominiū directū, quod
causā jurisdictioni præbet non ad unū in solidū
sed ad omnes spectat, pro ut in terminis tradit
Schrad. part. 10. Sect. 4. n. 58. & seqq. Schoner. disp. feud.
lib. 2. disp. 2. th. 13. Fundata autem tum demum
est Domini jurisdictio, quando vel uterq; liti-
gans confitetur se esse Domini judicis Vasal-
lum vel de eo aliās constat, *Vult. l. 2. F. c. 2. n. 14.*
Zaf. epist.

Zaf. epic. feud. part. 11. n. 5. Rittersh. lib. 2. part. Feud.
c. 9. qu. 2. Nec discrepantiam statuimus inter
Vasallum Clericum & Laicum, vide hujus theses
lit. A. inter Vasallum coactè & sponte investi-
tum, quia non decet aliquid iniqui contra Do-
minum præsumere Vasallum, Borcholt. de feud. c.
10. n. 19. Vult. lib. 2. F. c. 2. n. 12. Difs. Sonsbec. de feud.
part. 14. n. 37. Rosenthal c. 12. concl. 36. Idem asseren-
dum quando vasallus est pupillus, vidua vel a-
lia miserabilis persona; non enim tunc statim
Cæsaream Majestatem secundum privilegium
ab Imperatore Constantino ipsis concessum in-
un. C. quando Imp. inter pupill. vid & c. neglecto
Domini sui immediati iudicio, adire potest,
tum quia nec Clerici, quamvis aliàs privilegio
fori gaudentes possunt se iudicio seculari in-
causis feudalibus subtrahere; tum quia nec præ-
sens Romani Imperij status usum ejusmodi
privilegij admittit, & jam pridem ab eo jure
Cameram Imperialem recessisse refert And.
Gail. lib. 1. obs. 1. n. 40. Schrad. part. 10. Sect. 1. n. 208.
Difs. Sonsbec. p. 14. n. 28. & novissimè Hunn. tr. feud.
c. ult. p. 406. Sive autem Vasalli litigent de feu-
do proprio sive improprio c. un. §. insuper. 2. vers.
præterea. 2. F. 55. arg. c. un. 2. F. 48. Sive de toto feu-
do sive de parte Borcholt. tr. feud. c. 10. n. 17. fac. l.
qua de totâ 76. ff. de Rei Vendic. Sive de fructibus
Georg. Obrech. lib. 4. F. c. 10. n. 145. & seq. sive de con-
finibus Rosenthal c. 12. concl. 2. n. 3. Sive de proprie-
tate sive possessione Obbrecht. lib. 4. F. c. 10. n. 146.
Vult. lib. 2. F. c. 2. n. 40. Duaren. de feud. tit. 20. n. 7.
Schrad. de feud. part. 10. Sect. 5. n. 111. Hart. Pistor. lib.
1. qu. 15. n. 8. (tum quia continentia causarum,
qualis etiam est inter possessionem & proprie-
tatem non est dividenda l. nulli C. de judic. Gothofr.
ad l. 1. ff. de quib. caus. ad eund. jud. eat. Sixtin. de
Regal.

Regal. lib. 1. c. ult. n. 12. tum quia jurisdictio quam Dominus habet in Vasallos est favorabilis & iccirco non restringenda ad solam proprietatis causam. *c. odia. 15. de R. 1. in 6.*) Sive de feudi constituti acquisitione, sive de feudi adquisiti ammissione; nam vasallus ante latam sententiam Domini Vasallus esse non definit, sed feudum adhuc retinet *arg. l. libertus. 17. §. 12. ff. ad municipal. Georg. Obrecht. lib. 4. F. c. 10. n. 131. Mynsing. cent. 7. obs. 199. Schrad. part. 10. sect. 6. n. 31.* non refert. Imò adeò privilegiata est Domini jurisdictio in Vasallos, ut eam invito Domino prorogando alterius judicis jurisdictionem declinare nequeant *Motzius de natural. feud. n. 123. Guib. lib. 7. Obs. 4. n. 6. Borcholt. de feud. c. 10. n. 17.* Ex quo enim talis jurisdictio Domino à lege & contractu feudali est concessa, *Joan. Goedd. disp. feud. n. th. 7. l. C.* non potest consensus partium, contra privilegium à jure concessum quicquã operari. (b) nimirum quando inter Dominum & Vasallum de re feudali lis est, *c. un. 2. F. 16. c. un. vers. si inter. 2. F. 39. c. un. § 2. vers. praterea. 2. F. 55. Duar. de feud. c. 20. n. 1. Moz. de natural. feud. n. 113. Rosenthal. c. 12. concl. 13. Schrad. de feud. part. 10. sect. 5. n. 11. seqq.* Pares autem vocamus eos qui ab eodem Seniore in eadem Curia seu Curte h. est, eodem territorio seu districtu feudali possident *Sonsbec. part. 14. n. 2. Rittersh. lib. 2. part. feud. c. 9. qu. 7.* ubi etiam exemplum ex Zasio refert, & addit rationem cur Pares ex eodem territorio nõ verò ex diverso debeant esse iudices, tum quia illi ad iudicandum sunt aptiores, cum vicinus præsumatur melius scire res vicini, quàm aliquis extraneus, & in unâ provincia habitantes præsumantur magis scire quæ publicè & quotidie in eâ fiunt, *Mench. de præsumt. lib.*

sumt. lib. 6. pres. 23. n. 68. & pres. 24. n. 9. & 28.
tum quia minore sumtu ac negotio possunt
convocari & convenire quam remotiores: An
autem Pares Curiae qui iudicis officium subire
debent, ejusdem dignitatis esse debeant cum
Vasallis litigantibus. apud Feudistas dubium
reperitur; Aliis enim affirmatiya, quos recen-
set Regner. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. ult. n. 50. aliis
Negatiya ad palatum, quorum assertionem &
nos amplexamur, quia jura superius allegata
nullam faciunt distinctionem, Ergo nec nostrum
erit distinguere vulgata l. de precio 8. ff. de publ.
in rem act. l. est receptum. 14. ff. de jurid. Reg. Sixtin.
d. l. Schrad. de feud. part. 10. sect. 7. n. 40. Vult. lib.
2. F. c. 2. n. 24. Obbrecht. lib. 4. F. c. 10. n. 67. & seqq.
Illud sanè apud omnes constat, posse Pares Cur-
riae Domini sui litigantis, sed tamen superio-
rem recognoscentis esse iudices: Verum
an id ipsum etiam in Imperatore procedat, a-
criter disputatur, quod utiq; affirmandum du-
ximus, quia certum est, eum qui non recog-
noscit superiorem, posse se alterius inferioris
jurisdictioni subijcere c. nos si incompetenter. 41.
caus. 2. qu. 7. gl. & Dd. in d. l. est receptum. 14. ff.
de juridict. At Imperator concedens feudum id
fecit. Mozz. de natural. feud. 113. vers. secundo am-
plia. Schrad. de feud. part. 10. sect. 5. n. 22. Rosenthal.
de feud. c. 12. concl. 16. Wesenbec. de feud. c. 17. n. 5.
Gerlac. Buxtorff. dissert. ad A. B. Carol. IV. th. 81. l.
A. & th. 83. l. D. novissimè Daniel. Orto in discours. de
jur. publ. c. 11. p. mibi 260. qui id probat ex Speculo
Saxonico lib. 1. c. 23. § 2. & testimonio Imp. Si-
gismundi, desumto ex literis ipsius ad Cunra-
dum Archiepiscopum Moguntinū Anno 1426.
in die Chilianii datis, in controversia de inferi-
oris Germaniae provinciis. Diss. Sixtin. in rr. de

Regal. lib. 1. c. 8. n. 51. & seqq. Interdum etiam
Pares Curiae iudices erunt, etiamsi Dominus
non litiget, sed duo Vasalli, quando videlicet
Dominus de evictione conveniri posset, text.
est *in c. un. 1. F. 26. Vult. lib. 2. F. c. 2. n. 18.* quod à
Rosenthalio c. 12. concl. 33. in marg. l. A. ad eum
casum extenditur, quando de evictione Domi-
nus quidem non tenetur, sed tamen de feudo
novo est controversia, eò quod verisimile sit
Dominum contra factum suum seu investitu-
ram novam non esse venturum. Sic si unus li-
tigantium sit Vasallus ex re alia, quàm de qua li-
tigium viget, alter verò non nisi quod dicat se
ex re controversà esse vasallum, Pares Curiae
sententiam pronunciabunt, & de hoc casu in-
telligendus textus, *in c. un. 1. F. 18. in pr. & in c.
un. 2. F. 34.* secundum Vultejum *lib. 2. F. c. 2. n.
19.* Aliàs de quocunq; negotio feudali lis fue-
rit nata inter Dominum & Vasallum, sive de
investiturà, sive recognitione, sive retentione,
sive reputatione, sive amissione, sive de finibus
sive de proprietate, sive de possessione sive de
qualitate feudi *Rittersh. lib. 2. part. feud. c. 9. qu. 6.*
Pares Curiae cognoscent *c. un. 2. F. 39. c. un. 5 2.
vers. praeterea. 2. F. 55.* Et quidem omnes judica-
bunt, *Schrad. de feud. part. 10. sect. 7. n. 22. & seqq.*
quia dicta capitula generaliter & indefinite
loquuntur; at indefinita locutio universali æ-
quipollet, *l. 1. ff. de legat. prest.* nisi dissentiente
Domino & Vasallo certi quidam fuerint electi
primò à Domino post à Vasallo numero pares.
*c. un. vers. si verò dissentiant. 2. F. 16. ibiq; Schenck.
Baro,* adeò ut ne quidem ullà consuetudine in-
troduci possit, ut Electio Parium sit penes solū
Dominum, prout in Camera conclusum esse
refert *And. Gail. lib. 2. Obs. 34.* Sed quid si Do-
minus

minus aut vassallus eligere nolit? Quid item si
pactis investituræ sit insitum, Dominum vel
Vassallum solum electionem instituere posse?
Priori casu unius electio sufficit, quia facultas
duobus regulariter concessa, propter contu-
maciam unius ad alterum solum devolvitur,
*l. Silegario. 22. § à duobus. 1. ff. de fideicommiss. li-
bert. nec malitiis indulgendum l. in fundo 38. ff.
de Rei Vendic. Somsbec. de feud. part. 14. n. 32. Vult.
lib. 2. F. c. 2. n. 27. Gothofr. Anton disp. feud. 14. th 3. l. B.*
addens ad contumaciam istam introducendam
sufficere unicam requisitionem *Rosenthal de feud.
c. 12. concl. 8. n. 8.* Posteriori casu licitum erit pactum,
cum unicuique concessum sit his, quæ pro se in-
troducenda sunt, renunciare, *l. si iudex 41. ff. de
minor. pluribus hoc firmat Schrad. de feud. sect. 7.
n. 138.* Porro notandum regulariter cum Vassallum
in iudicem eligi non posse, qui Domino jura-
mentum fidelitatis non præstitit, *c. un. 2. F. 16.
ibiq. Schenck Baro n. 6. c. un. § 2. vers. insuper. ibi
sub fidelitatis. 2. F. 55.* Hinc gravis illa Feudi-
starum controversia suborta, An Pares Curie
electi ad iudicandum jurare debeant de recte
iudicando prout in cæteris iudicibus jure civili
observatur, *l. rem non novam 14. C. de iudic. quod
merito negamus, per c. un. 2. F. 6. & 7. c. un. 2. F.
16. in f. ibiq. Schenck Baro n. 7. Vult. lib. 2. F. c. 2. n.
29. Borcholt de feud. c. 10, n. 37. Hunn. tr. feud. 1. ult.
p. 408. nisi consuetudo loci sit in contrarium.
Rittersh. lib. 2. partit. feud. c. 9. qu. 9.* Quid verò
juris si Pares Curie electi iudicare nolint? co-
gendos eos arbitramur tum per Dominum tum
per Ordinarium aut Superiorem loci *l. si quis
Magistratus. 9. ff. de muner. & Honor. l. prætor. 13. §
qui autem. 2. ff. de Vacat. & excusat. muner. c. irre-
fragabil. 13. X. de offic. jud. Ord. Jacob. de S. Georg.*
in sua

in sua investit. Verb. & dicti Vasalli. n. 14. Rittersb.
lib. 2. part. feud. c. 9. qu. 17. Goedd. disp. feud. 11. th.
§. l. F. Sanè quod litera præcedente de non de-
clinanda Domini jurisdictione invito eo (di-
ximus, idem in Paribus Curia obtinere puta-
mus. (c) quando uterq; litigantium feudum
controversum dicat esse antiquum & ad se per-
tinere, neq; constat utrumq; esse Vasallum ex
re controversa vel etiam aliunde c. un. 2. F. 15.
vers. illud tamen. ibi q; Schenck Baro n. 2. Vult. lib. 2.
F. c. 2. n. 17. (d) quando Dominus Vasallis, vel
Pares Curia Domino justitiam administrare re-
cusant. Cammergeriches Ordnung lib. 2. tit. 1. §
es soll auch. vers. Es werden Sixtin. de Regal. lib.
1. c. 8. n. 73. quando Dominus & Pares Curia
tanquam suspecti reijciuntur c. cum inter. 5. ext.
de except. si ita ferat consuetudo, prout Sena-
rum Mediolanensem de omnibus causis feudorū
judicare refert Curtius jun. de feud. part. 7. n. 13.
quando quis agendo non innititur jure aliquo
feudali, Mynsing. cent. 1. obs. 99. si consentiant Do-
minus & Pares Curia ut coram Ordinario quæ-
cunq; lis feudalis agatur, quod etiam tacite ab-
sentes facere possunt Obbrecht. lib. 4. F. c. 10. n. 157.
si vasallus se vasallum esse neget Vult. lib. 2. F. c. 2.
n. 14. si vasalli diversos proferant investitores c.
un. 2. F. 34. vers. Si autem c. un. § si judex. 2. vers. si
tres vel plures. 2. F. 27. Si uterq; feudum sibi no-
ve à Domino traditum asserat Rosenthal. de feud.
c. 12. concl. 34. l. D. Si vasallus c. un. 2. F. 43. & Do-
minus cum extraneo litiget, vel Dominus con-
veniatur actione personali ex stipulatu de feudo
promisso sed nondum tradito. Mozz. de natural.
feud. n. 133. vers. tertio limita. Si Dominus Pares
Curia nullos habeat. c. un. 2. F. 16. vers. si tamen.
& Pares Curia testes esse debent, c. un. vers. testes.
1. F. 86.

§. F. 26. vel si omnes Vasalli cum Domino lites
exerceant, quia tunc iudicis & actoris partes in
unâ eademq; personâ concurrerent contra l. 10.
ff. de jurid. (c) c. un. vers. e contra. 2. F. 15. c. un. in
pr. vers. si autem. 2. F. 34. nec requiritur an Do-
minus consentiat nec ne, cum textus isti indi-
stinctè loquantur, nec Domini consensum re-
quirant. *Sixtin. de Regal. lib. 1. c. ult. n. 60. Vult.*
lib. 2. F. c. 2. n. 2. Sonsbec. de feud. part. 14. n. 1.

III.

Litigantes personæ sunt Actor & Reus (a) feudali
qualitate præditi (b) sive Fœminæ (c) sive Masculi, Fi-
lij fam. (d) Emancipati, dummodo legibus expressè non
reperiantur prohibiti. (e)

(a) l. inter. 62. ff. de iudic. vide supra thes. 1. (b) qua-
les sunt Dominus Feudi & sub uno eodemq;
Domino constituti Vasalli. *Schrad. de F. part. 10.*
sect. 17. n. 11. (c) quia indubitati juris est, in di-
spositione legum, masculinum genus compre-
hendere etiam fœmininum l. 1. ff. de U. S. ibiq;
Gothofr. & reliqui Dd. (d) quia pater usum fru-
ctuum feudi filiofam. concessi sibi non acquirit,
cum inter bona castrensia referatur, quorum
respectu filiusfam. semper legitimam personam
standi in iudicio nanciscitur. l. miles. 4. § actio-
nem. 1. ff. de castrensi pecul. (e) arg. l. 12. ff. de iudic.
l. 1. § 1. ff. de test. in quorum numero est minor
25. annis absq; curatore l. in rebus. 2. C. qui legit.
person. stand. in iudic. illustris absq; procuratore
l. quicumq; 25. cum Auth. seq. C. de procurat. *Fomman.*
disp. feud. ult. th. 18. L. E. & F.

IV.

Hactenus de Personis Principalibus; Nunc de mi-
nus Principalibus, (a) ad quos refero Assessores, (b) Au-
ditorem, (c) Sapientem, (d) Tertium intervenientem, (e)
Procuratores, Advocatos (f) & similes (g)

AA 3

(a) vide

(a) vide *supra* thes. 1. lit. C. (b) qui sunt Jurispru-
dentes, consilij suis iudices feudales adjuvan-
tes arg. l. 1. & 7. C. de Assess. domest. & Cancell. Cu-
jac. *ibidem* in parat. Unde Consiliarij dicti Me-
jer. in Colleg. Argentor. disp. 1. tit. 22. th. 1. Nec re-
fert an qualitatem feudalem habeant nec ne,
quia quilibet potest Assessoris officio fungi ni-
si prohibeatur. l. 2. ff. de Assessor. Schoner. disp. feud.
lib. 2. disp. 2. th. 88. l. E. An autem à iudicibus in-
vitis assumendi? quæstionis est; Negamus,
nisi ijs indigeant, forte quia sunt juris ignari c.
statutum. 11. §. Assessorem. de Rescript. in 6. Schrad. de
F. part. 10. sect. 13. n. 46. & 49. Salarium autem reci-
piunt à partibus litigantibus. d. §. assessorem.
Hilliger. enucl. Donell. lib. 18. c. 2. lit. AA. (c) cui de
meritis causæ, puta articulus audiendus & exa-
minandus committitur. c. super quæstionem. 27.
§. verum. X. de offic. & potest. jud. delegat. (d) c. un. 2.
F. 25. *ibi* tale Sapientum. Certum enim est, pos-
se iudicem feudalem ut & alium quemvis cau-
sam ad suam cognitonem pertinentem, deci-
dendam ad consilium Sapientis mittere, Schrad.
de feud. part. 10. n. 14. (e) Germanis Obman quan-
do videlicet iudices feudales numero æquali
inter se discrepantes Tertium assumunt l. item
si unus 17. §. ff. de recept. qui arbitr. recep. (f) it. ff.
& C. de procur. & it. C. de Advocat. divers. jud. (g)
uti sunt Scriba iudicij, qui omnia gesta & acta
coram iudicibus conscribit c. quoniam 11. X. de pro-
bat. Nuncius l. 3. §. si executor. ff. de negot. gest. Ex-
aminator testium; Schrad. de feud. part. 10. sect.
16. n. 65. & seqq.

V.

Sat de personis; Transitum itaq; faciamus ad ipsum
processum, qui tum controversiæ feudalis disceptatio-
nis, tum ejusdem decisione absolvitur; Causæ discep-
tatio

tatio consistit partim in modo & ordine procedendi, partim intentionis probatione : Ordo & modus exercendi iudicij feudalis ex parte cum jure communi (*) coincidit, (b) ex parte ab eodem recedit. (c)

(a) tam civili quam Canonico arg. c. un. vers. strenuus. 1. F. 1. nec processus aliunde melius cognosci potest, quam ex jure Canonico Herdesian. in cynos. jur. canon. p. 85. vers. super est. (b) ubi jus feudale nihil immutavit. Somsb. de feud. part. 14. n. 35. (c) Nam l. jure civili recepta est una citatio pro tribus l. 72. ff. de judic. at jus feudale talem citationem non admittit, ita ut prima secundam, secunda tertiam non excipiat, nisi vel septem vel 10. dierum spacium intra quamlibet intercesserit. c. un. 2. F. 22. c. un. 2. F. 24. Rittersh. lib. 2. part. feud. c. 9. qu. 33. alijs Dd. ab eo relat. Nisi dicat se nolle venire, tunc enim una citatio sufficit per ea quæ pulcrè tradit Jacob. de S. Georg. in sua invest. verb. Et dicti Vasall. n. 27. Et hæc citatio tantum operatur ut si maneat Reus, Actor possit in possessione mitti eaq; retinere, nisi intra an nū venerit Reus d. c. 22. ibiq; Sckenck Baro n. 13. II. Ex jure communi Reconventio die Gegenflag nota l. cum Papinianus. 14. C. de sentent. & interloc. omn. jud; Sed hanc jus Feudificum in Domino & Paribus Curiaæ iudicibus feudalibus non attendit, nisi ob negocium pariter feudale instituat, quia jurisdictio horum iudicum est limitata tantum ad causas feudales; at limitata causa, limitatum producit effectum. Obbrecht. l. 4. F. c. 10. n. 193. Niell. disp. feud. 10. th. 5. l. A. III. jus civile neminem ad litigandum admittit, nisi præstet juramentum. calumniae tt. C. de juram. propt. calum. Sed jus feudale non requirit juramentum Calumniae sive novum sive antiquum, sive vasallus cum Domino vel contra Dominum cum Vasallo lites exerceat

exerceat. *c. un.* § 1. 2. F. 33. vide *disp. Coll. nost. 6. th. 2. l. B.* *Dis.* quoad prius *Hotom. in allegat. cap. imō* etiam si una pars sponte juramentum calumniæ subire velit, tamen non est ut dicamus etiam alteram partem cogendam esse. *Jacob. de S. Georg. verb. & dicti Vasall. n. 15.* Nil etiam refert an Vasallus fidelitatem Domino cum quo litigat juraverit nec ne, cum ubiq; eadem ratio sit præsens. *Vult. l. 2. F. c. 3. n. 6.* Convasalli tamen id obire coguntur. *Johan Harpr. ad Sr. Inst. de poen. temer. litig. n. 58. Setser. rr. de juram. lib. 3. c. 4. n. 42.*

VI.

Intentionis probatio est vel propria vel impropria
(a) propria rursus vera (b) vel præsumta, (c)

(a) *c. un.* § 1. 1. F. 2. *c. un.* § cum autem 2. 1. F. 4. (b) quæ rã testibus quã instrumentis perficitur. *rr. ff. & C. de test. & fid. instrum.* Testes autem adhibendi debent esse Pares Curie, si de feudi novi investiturã sit controversia *c. un. in pr. vers. testes. 1. F. 26. vide disp. Colleg. nost. 4. th. 10. l. E.* mares non fœminæ. *c. un. in f. 2 F. 32. ibiq; Cujac.* quod quidam limitant in fœminis illustribus *Math. de Afflict. in d. c. Johan Schneid de feud. part. 9. c. 2. n. 20.* Ac sufficient duo *c. un. § si quis per se 1. F. 26.* nisi probanda veniat ingratitude Vasalli erga Dominum; tunc enim quinq; testes summæ atq; integræ opinionis præcisè requiruntur, *c. un. 2. F. 57. Gail. lib. 2. obs. 157. n. 2.* An autem minor numerus sufficiat, quando Vasallus propter delictum inextraneum commissum, de quo *Collegij nostri disp. 7. th. 7.* actum, feudo devestiendus venit elegantis est quæstionis. Negativam sanè tutabimur propter rationis indentitatem, quam *Rittersh. in part. feud. l. 2. c. 10. qu. 6.* in gravitate judicij consistere autumat. Quid verò juris si quinq; testes probatæ opinionis produci nequeant

queant, anne fidem numerus supplebit? Negat
Schrader. de feud. part. 9. sect. 13. n. 14. & seqq. Cir-
 ca instrumenta hoc speciale occurrit, ea aucto-
 ritate destitui, si non adjunctam habeant duo-
 rum vel trium Parium Curia, non etiam extra-
 neorum subscriptionem *c. un. §. item sciendum 2. F. 58. vide Collegij disp. 4. th. 15. (c)* Hinc feudum
 in dubio potius antiquum quam novum, *c. un. vers. si vero 2. F. 11. c. un. in pr. 2. F. 26. vide Colleg. disp. 7. th. 21. potius ex pacto & providentiâ quam hereditarium, d. disp. 1. th. 27. potius masculinum quam scemininum, quia regulariter mulier feudi est incapax; potius res allodialis quam feudalis præsumitur c. un. §. 1. 2. F. 6. c. un. 2. F. 41. quia unaquæq; res tamdiu libera censetur, donec serva probetur. l. alius. 8. C. de Servit. & aqu. De alijs præsumtionibus alij latè.*

VII.

Impropria probatio, sic dicta, quod potius defensio quam probatio sit, in defectum aliarum probationum, ut plurimum permissas (a) Estq; vel juratoria, (b) vel armata. (c)

(a) non enim hic statim Reus Astore non probante absolvitur secundum *l. qui accusare 4. C. de edend. c. un. §. 2. 2. F. 58. c. un. 2. F. 26. §. inter fili- am. (b)* cum utrinq; probatione deficiente juxta jus jurandum alterutrius partis controversa deciditur, competitq; tam possidenti *c. un. 2. F. 10. c. un. in pr. §. 1. 2. 3. & 4. 1. F. 4. c. un. 1. F. 23. ibiq; Schenck. c. un. §. si vero 1. & §. sequ. 2. F. 2. c. un. 2. F. 12. c. un. 2. F. 33. c. un. 2. F. 26. in pr. & §. 1. c. un. §. si contentio. §. 2. F. 51. c. un. §. si instrumentum 2. F. 58. Huc refer & *c. un. 2. F. 2. §. 2. vers. item si vasallus. c. un. 2. F. 25. vers. alioqui* quia negans habetur pro possessore *Francisc. Hotom. in d. vers. item si va-**

salus. quàm perenti c. un. 2. F. 41. in pr. c. un. 2. F. 26.
L. 1. in pr. c. un. §. si contentio in pr. 2. F. 51. c. un. 1. F. 28.
pro quo videlicet militaverit præsumtio c. un.
vers. Sacramentum & §. 2. 2. F. 33. c. un. 1. F. 11. Eâ cessan-
te iudex pro arbitrio suo, aut secundum com-
munem juris feudalis regulam possessori offe-
ret juramentum aut eundem absq; juramento
absolvat d. c. un. 2. F. 33. Præstatum autem jura-
mentum hocce vel à litigantibus solis vel cum
duodecimâ manu seu 12 Sacramentalibus &
Conjuratoribus. A Solis, si vel Domino lis sit
cum Vasallo Guastaldo, cui res dominicæ ad-
ministrandæ datæ sunt c. un. 1. F. 10. ibiq; Schenck
Barq. n. 12. c. un. §. si vero. 1. 1. F. 4. ibiq; Cujac. vel va-
sallo qui Domino sciente nec contradicente
per annum feudum possedit. c. un. §. si quis 1. vers.
hac autem. 1. F. 26. Cum Sacramentalibus, in cœ-
teris casibus. Sacramentales autem si cum Do-
mino deponunt, possunt esse vel soli vasalli, vel
soli parentes seu cognati, vel partim Vasalli, par-
tim parètes, partim extranei, si cū vasallo vel soli
vasalli vel sex parentes ut sint requiritur; cœ-
teri enim possunt esse extranei. c. un. vers. Sacra-
mentum 2. F. 33. Porro inter Principalium & Con-
juratorum Sacramentum hoc interest, quod illi
de rei veritate, hi de suâ credulitate deponant.
c. un. 2. F. 33. ibiq; Schenck. c. accipimus 16. in f. extr.
de purgatione canonica. De credulitate itidem
deponunt heredes Domini & Vasalli, d. c. 33.
lib. 2. F. c. un. 1. F. 28. c. un. 2. F. 58. cum iniquum
sit jurare quempiam debere de alieno factò. l.
videamus 4. in pr. ff. de in lit. jur. l. 11. §. 2. ff. de act.
rer. amot. Ritters. lib. 2. part. feud. c. 10. qu. 22. Hoc
sanè commune est juramento huic feudistico
cum civili, quod semper sit præstandum cum
defertur à iudice, valeat autem referri cum à
parte

patte d. c. un. 2. F. 33. Propter anceps tamen perjurij periculum non immerito à tali consuetudine hodie secessio facta & ad jus civile reditum est, prout testatur *Vult. lib. 2. F. c. 3. n. 20. Zas. part. 11. n. 36. Rittersh. lib. 2. F. c. 10. qu. 15. (c)* quæ duello & monomachia sive singulari certamine expectiebatur. De hujus materia præter alios pulcrè scripsit *Rittersh. l. 2. part. Feud. c. 10 à qu. 28. usq. ad qu. 38. Item Dn. Ernest. Cothm. con. 2. n. 40. & multis seq. vol. 5.* Verùm & hæc probationis species cum alijs ipsi ad finibus, quas recensent *Cujac. ad S. fin. autè controversia tit. 1. lib. 1. F. & Hotom. in disp. feud. c. 44.* videlicet probatione per flammam, per crucem, per ferrum candens, per aquam ferventem vel congelidam, per sortes, per corpus & sanguinem Domini sive Hostiam, iustis de causis à foro nostro recessit, cum sint furiosa probationum genera & Deum tentantia, c. *Mennam. 7. c. consuluisti. 20. c. Monomachiam. 22. caus. 2. qu. 5. Rittersh. d. c. 10. qu. 38.*

VIII.

Hæc de causarum feudalium disceptatione, quam excipit earundem decisio, quâ iudex litem suâ sententiâ & pronuntiatione (a) definit, vel absolvendo vel condemnando. (b)

(a) hanc accommodabit primò ad investituræ tenorem, c. *un. 2. F. 18. arg. l. semper 34. ff. de R. J. c. o* deficiente ad consuetudinem illius loci aut Curia Domini *arg. l. in toto. 80. ff. d. t.* Si & hæc defuerit ad jus commune feudale c. *un. 2. F. 1. vers. strenuus.* Cessante & hoc potior erit pars juris civilis *d. vers. strenuus.* Omnibus autem deficientibus procedendum ad similia & ex æquitate ipsâ judicandum; Unde frequens apud Feudistas argumentatio à jure Emphyteuseos &

Bb

2

Usus

Ufusfructus ad feudum, à Liberto ad Vafal-
lum, &c. *Vult. lib. 2. F. c. 3. n. 22. & feqq. Hunn.*
tr. feud. c. 3. qu. 6. p. 39. (b) l. 1. ff. de re judic.

I X.

Sententia hæc, nisi per appellationem intra decen-
dium (a) regulariter (b) interponendam, aliave juris re-
media, utpote Revisionem Actorum, Querelam nulli-
tatis, Restitutionem in integrum, Supplicationem &
jure Saxonico Leutationem, (c) fuerit suspensa, exe-
cutioni mandabitur. (d)

(a) quia aliud tempus à jure feudali non præ-
stitum, communi igitur standum *c. un. 2. F. 1.*
vers. strenuus. Harp. tr. de process. decad. 19. concl. 1.
n. 3. (b) nam in controversijs de feudis majori-
bus conceduntur sex septimanæ, intra quas po-
test ire ad Imperatorem cum ijs qui sententiam
dixerunt, ab eoq. novam litis suæ decisionem
expectare c. un. § sancimus. 1. F. 22. ibiq. Schenck
Baro, Hotom. & Cujac. c. primo vers. Senior vero &
miles. lib. 5. F. (c) quia cum jure communi &
Saxonico competant, nec jure feudali reperi-
antur prohibita, quare stare prohibeantur. arg.
l. 27. C. de testam. l. 32. C. de appell. Vult. lib. 2. F.
c. 3. n. 28. (d) vel ab ipso Judice Feudali, si suffi-
ciens sit, vel ab Ordinario loci, ubi reus con-
demnatus domicilium habet, vel ubi res, de
quâ controversia fuit, sita est. Vult. d. c.

n. 28. Rosenthal. c. 12. concl. 76.



Diff. Decima

patte d.c.un.2.F. 33. Propter
ri] periculum non immerito
hodie secessio facta & ad jus
prout testatur *Vult. lib. 2. F.*
11.n. 36. Rittersh. lib. 2. F. c. 10. qu.
& monomachia sive singular
diebatur. De hujus materia
scripsit *Rittersh. l. 2. part. Feu*
qu. 38. Item Dn. Ernest. Cothm. cor
vol. 5. Verum & hæcce prob
alijs ipsi adfinibus, quas rece
autē controversia tit. 1. lib. 1. F. c.
c. 44. videlicet probatione
crucem, per ferrum canden
ventem vel congelidam, po
pus & sanguinem Domini si
de causis à foro nostro recess
sa probationum genera &
c. *Mennam. 7. c. consuluisti. 20. c.*
caus. 2. qu. 5. Rittersh. d. c. 10. c.

VIII.

Hæc de causarum feudalium
excipit earundem decisio, quâ
riâ & pronunciatione (a) def
condemnando. (b)

(a) hanc accommodabit pri
tenorem, c. un. 2. F. 18. arg. l. semp
deficiente ad consuetudinem
riæ Domini arg. l. in toto. 80. ff.
fuerit ad jus commune feuda
strenuus. Cessante & hoc pot
civilis d. vers. strenuus. Omnil
entibus procedendum ad sim
te ipsâ judicandum; Unde fre
distas argumentatio à jure

Bb 2

perju
udine
meff,
part.
uello
xpe
ulcre
sq. ab
is seq.
cum
d s fin
feud.
per
fer
cor
justis
rio
ntia,
m. 21.

one, quam
suâ senten
lvendo vel
tura
f. co
Cu
c de
vers.
juris
fici
nita
Feu
s &
his;

